Stadnicki Mag^co Castellano Leopoliensi Tenetur.

Comparens p[er]s[ona]l[ite]r Coram officio Actis praesentibus Gen[er]osi Mathias Siecinski de Siecin
Pocillator Terrae Przemysliensis et vicecapitaneus ac Martinus Borkowski a Bor-
kow Notarius Castren[sis] Premisliensis (praesidebant) actibusque praesentibus Castrensibus
Capitaneal[ibus] Premisliensibus Gen[er]osus Joannes Stadnicki à Zmigrod olim Illustris
ac Mag[nifi]ci Adami à Zmigrod Stadnicki Pallatini Belzensis Premisliensis Colen-
sis[que] et Capitanei filius sanus mente et corpore existens à Terrestribus districtibus iuribus
iurisdictionibusque suis quibus suis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni
Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis
generaliter omnibus tota et plenarie incorporando et subiiciens palam libere publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse Illustri et Mag[nifi]co Martino Krasicki à Siecin
Castellano Leopoliensi Premisliensi[que] et Capitaneo eiusque posteris summam quatuor
millium et octingentorum florenorum pecuniae polonicae communis monetae et numeri in Regno
currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando Certi veri iusti
et liquidi debiti mutuatique apud ipsum praesentem pecuniae tenetur vigore debet
Quam quidem summam suprascriptam idem recognoscens se suosque successores in et super bonis
suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Creditori suo eiusque
inscribit et obligat praesenti hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli
Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio Actis
praesentibus Castrensibus Premisliensibus reale et in defectu reponere et relinquere reposi-
tamque et relictam rursus ab eodem officio non officiale iubere nec arestare
vel quovis alio modo impugnare. In defectu vero solutionis summae praefatae qua-
tuor millium et octingentorum florenorum pecuniae polonicae pro tempore et loco suprascriptis
dabit exsolvere debebit ac tenebitur idem recognoscens Gen[er]osus Joannes Stadnicki prout se ac su-
os successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et
habendis inscribit et obligat praefato Mag[nifi]co Castellano Leopoliensi eiusque posteris
realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem in bona sua haereditaria villa Su-
stanowice in terra et districtu praesenti Premisliensi consistentia per Ministerialem

quemcunque et Nobiles duos iam ex nunc ipsi ab officio praesenti adiectos die
quandocunque voluerit offerre acceptandique dare et libere admittere. Ipse
sub vadio similis summae quatuor millium et octingentorum florenorum pecuniae
polonicae per praefatum recognoscentem Gen[er]osum Joannem à Zmigrod Stadnicki eiusque
successores suprascripto Mag[nifi]co Creditori suo eiusque posteris ob non com-
pletionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toti-
es quoties habebit opus fuerit ad solvendum succumbens. Per ipsum Magnificum Castellanum
Leopoliensem eiusque posteros bona eadem villam Sustanowice cum omni pleno do-
minii iure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitati-
bus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis
generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut quispiam alio
reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehendendo generi per spe-
ciem et e contra in nullo derogando verum ita late longe circumferentialiterque prout
praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit
circumferentialiter et prout eadem bona ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ac ipsi
concernebat eidemque legitime serviebant à tempore apprehensionis bonorum eorundem
in summa eadem quatuor millium et octingentorum florenorum pecuniae polonicae ad festum
Conversionis Sancti Pauli Apostoli per annum proxime tunc venturum et sic con-
sequenter de anno ad annum annis et festis continue et immediate se sequentibus usque
ad exemptionem eorundem bonorum et summae praefatae totalem et integram persolutionem
tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos
proprios successorumque suorum beneplacitos libere convertendi modo ac titulo obligationis
Debebit et tenebitur memoratus recognoscens Gen[er]osus Joannes Stadnicki prout se ac su-
os successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et
habendis eidem Ill[ust]ri et Mag[nifi]co Castellano Leopoliensi et ipsius posteris inscribit et obli-
gat eundem et ipsius posteros in eisdem bonis et ratione eorundem bonorum ab omni et
quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et
sexus existentium usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praefatae to-
talem et integram persolutionem in omni Judicio et officio Regni exonerare

tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere
intercedere ac eliberare indemnemque cum posteris reddere. Necnon bona
praenominata tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscri-
ptionibus prioribus et posterioribus tum etiam a quibusvis actionibus in eadem bo-
na importatis et importandis lucris denique et plucris ac processibus iuris quibus-
vis in eisdem bonis productis et producendis in quocunque puncto et gradu iuris
dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis emundare
et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam intromissionem praefa-
tam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum dum per Mi-
nisterialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo eandem libere et effe-
ctualiter dare et admittere datamque et admissam quovis modo tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere
nec impedire ipsumque Illrem et Magcum Castellanum Leopoliensem et ipsius posteros
tam in toto quam in parte in eisdem bonis non iniuriari, ita ut eadem bona praefa-
ta Magcus obligatarius suus cum posteris quiete et pacifice praesentis inscriptio-
nis vigore tenere et possidere queat. Idque sub vadiis quatuor millium et octin-
gentorum florenorum pecuniae polonicae per praefatum Gnsum regentem aut eius successores
Suprascripto Illri et Magco Castellano Leopoliensi et ipsius posteris ob non com-
pletionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendorum. Insuper idem regens Gnsus Joannes
Stadnicki eidem Magco obligatario suo et ipsius posteris Rumonem et re-
nem evectionem cum obedientia subditorum Regnicolarum in eisdem bonis
degentium et usufructibus bonorum eorundem post exemptionem per continuas
sex septimanas integras concedit quam se ac suos successores in et super bonis
suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Magco obliga-
tario eiusque posteris inscribit et obligat tam per se quam per suas quasvis sub-
missas et subordinatas personas non adimere nec impedire. Sub simili et spe-

ciali

ciali vadio quatuor millium et octingentorum florenorum pecuniae polonicae per prae-
fatum regentem Gnsum Stadnicki et ipsius successores ob impeditam vel
ademptam Rumonem cum rena evectione eidem Magco Castellano Leopo-
liensi eiusque posteris ad solvendum succumbendis. Caeterum idem regens Gnsus
Joannes Stadnicki se suosque successores in et super bonis suis quibusvis omnibus et sum-
mis pecuniariis habitis et habendis eidem Magco obligatario eiusque posteris
inscribit et obligat inscriptionem praesentem ex his Actis Castrensibus autentice
depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia ante decursum vertentis anni trans-
ferre et transportare sub simili et speciali vadio quatuor millium et octingentorum
florenorum pecuniae polonicae per praedictum Gnsum Joannem Stadnicki et ipsius posteros prae-
fato Magco Castellano Leopoliensi et ipsius successoribus ob non transportationem inscri-
ptionis praesentis pro tempore et loco suprascriptis ad solvendum succumbendis vel
etiam si idem praefato Magco Castellano Leopoliensi visum fuerit extunc idem regens
Gnsus Joannes Stadnicki eidem et ipsius posteris suae plenipotentiae
inscripto dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscri-
ptionem praesentem ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Pre-
misliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quam transportatam
tantum robur et valorem hac sua personali recognitione habituram declarat ac si
per ipsummet regentem transportata esset. Quia vero transportationi inscriptionis
praesentis modo praemisso fiendae idem regens Gnsus Joannes Stadnicki se suosque
successores in et super bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et ha-
bendis eidem Magco obligatario eiusque posteris inscribit et obligat non contradi-
cturum imo eandem pro rato et grato suscepturum. Sub simili et speciali vadio quatu-
or millium et octingentorum florenorum pecuniae polonicae per praenominatum regentem Gnsum
Joannem Stadnicki eiusque posteros ob contradictionem transportationi inscriptionis prae-
sentis modo praemisso fiendae ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadiis
quibus vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendis ac pro re aliqua principali ex praescri-
ptis non completa complendisque praemissis citatus extunc memoratus regens Gnsus
Joannes Stadnicki a Zmigrod aut eius successores ad instantiam suprascripti

Illustris et Magci Martini Krasicki in Krasiczyn Castellani Leopoliensis Premi-
sliensis Leopoliensis Premisliensis Lubomliensis Dolemouiensisque Capitanei autem posterius
Ad officium praescriptum Castrensem Capitanealem Premisliensem ex hic recessu suprascripto
quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tan-
quam peremptorio stare iuri parere iudicio vadia praefacta luere inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos
successores ad eadem omnia obligat cumque terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infir-
mitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimentum ad evictoris relationis quibusvis dilationibus ac le-
galibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos
officii praefati castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens nullasque motivis
appellationes ac earundem prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplici-
bus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris protectione
Terrestri bello conventionibusque et aliis omnibus iuris remediis et defensis
non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Marsalcus Regni Biereckiey et Cho-
dorowskiey obligat.

Ex Copia Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premislien-
sibus Illustris et Magnificus Nicolaus Wolski de Podhayce supremus Regni Mar-
salcus Krosnensis Rabsztinensis Olstinensisque etc. Capitaneus sanus mente et corpore
existens a Terris districtibus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet
se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando ac subii-
ciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona iuribus suis
subiecta videlicet totam et integram villam Zaporteno cum praedio in Terra et di-
strictu praesenti Premisliensi consistentem cum omni praemissorum iure dominio et

proprietate

proprietate cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proven-
tibus redditibus emolumentis obventionibus agris pratis campis pascuis syl-
vis borris rubetis mericis aquis fluviis fluminibus rivis rivulis torrentibus
stagnis piscinis lacubus molendinis eorumque emolumentis cmethonibus
hortulanis inquilinis subditis eorumque laboribus censibus dationibus obven-
tionibus vecturis muniis officiis attinentiis et pertinentiis generaliter universis nullis
penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservatis sed
omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e
contra in nullo derogando rerum ita late longe circumferentiatisque prout prae-
fatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus extendit et protendit
et prout eadem bona ipsemet regnans tenuit habuit et possidebat ipsisque concer-
nebat ac eisdem serviebat illisque bonis utifruebatur. Jam ex nunc eadem fa-
cto Generosis Helisabethae Bierecka Generosi Georgii Bierecki et Annae Okre-
glicka Generosi Pauli Chodorowski consortibus legitimis eorumque successoribus legitimis
in summa quatuor millium florenorum polonicorum certi veri iusti et liquidi debiti
numeratae pecuniae hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
et immediate venturum et inde ex nunc exemptionis eorundem bonorum
et summae praefatae totalis et integrae persolutionis extunc ad aliud simile
festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per annum proxime hoc venturum
incidens et sic consequenter de anno ad annum annis sese continue et imme-
diate sequentibus obligavit inscripsit et invadiavit prout praesentibus obligat
inscribit et invadiat usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praefa-
tae integram persolutionem. In quorum quidem bonorum modo praemisso obligatorum idem
recognoscens praefatus Illustris et Magnificus supremus Regni Marsalcus
praefatis suis obligatariis eorumque posteris coram officio praesenti dat et admittit
realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quem
cumque et Nobiles duos ipsos nunc ab officio praesenti additos dari quaecumque voluerint
officiose acceptandi per ipsos Generosos obligatarias suas eorumque successores